

*Quattuor aetates*

Aurea prima sata est aetas, quae vindice nullo,  
sponte sua, sine lege fidem rectumque colebat.

Poena metusque aberant, nec verba minacia fixo

aere legebantur, nec supplex turba timebat  
iudicis ora sui, sed erant sine vindice tuti.

Nondum caesa suis, peregrinum ut viseret orbem,  
montibus in liquidas pinus descenderat undas  
nullaque mortales praeter sua litora norant.

Nondum praecipites cingebant oppida fossae;  
non tuba directi, non aeris cornua Hexi,  
non galeae, non ensis erant: sine militis usu  
mollia securae peragebant otia gentes.

Ipsa quoque immunis rastroque intacta nec ullis  
sautia vomeribus per se dabat omnia tellus;  
contentique cibus nullo cogente creatis  
arbuteos fetus montanaque fraga legebant  
cornaque et in duris haerentia mora rubetis  
et quae deciderant patula Iovis arbore glandes.  
Ver erat aeternum placidique tepentibus auris  
mulcebant Zephyri natos sine semine flores.

Mox etiam fruges tellus inarata ferebat,  
nec renovatus ager gravidis canebat aristis;  
flumina iam lactis, iam flumina nectaris ibant  
flavaque de viridi stillabant ilice mella.

Postquam Saturno tenebrosa in Tartara misso  
sub Iove mundus erat, subit argentea proles,  
auro deterior, fulvo pretiosior aere.

Iuppiter antiqui contraxit tempora veris  
perque hiemes aestusque et inaequales autumnos  
et breve ver spatii exegit quattuor annum.

*Quero vekiis*

Nejdříve vzšel věk zlatý, kdy bez zákonů a soudců  
šlověk od sebe sám si správně a poctivě vedl.

Nebýlo před trestem strachu, ni na deskách kovových

nečty se výstrahy přísné a nebál se výroků soudních  
o mlst prosící dav: byl bez soudece bezpečen každý.

Dosud nesestupila z hor domácích do plyných proudů  
pinie, stesaná v lod, chtic navštívit daleké kraje;  
jiné přímořské břehy než svoje neznali lidé.

Srázný hluboký příkop až dosud nesvíral města,  
lidé neznali dosud ni polnic ni točivých rohu,  
nebylo přilbic ni mečů a lidstvo neznalo válek,  
bezarostně a klidně čas všecken trávilo v míru.

Sama i země netknutá rádem a nevzdělávaná,  
od pluhů neporaněná, vše dávala z vlastní své vily.  
Člověk se spokojil jídem, jež bez jeho úsilí rostlo:

plody planiky sbíral a horské jahody černé,  
dřínky a ostružiny, jež na keřích trnitých rostou,  
žaludy sbíral, když spadaly s košatých Iovových dubů.  
Věčné trvalo jaro a mírný západní větřík

ovíval vlahými vánky ty bez semen vyrostlé květy.

Brzy i plodiny nesla zem doposud nezorávaná,  
pole, ač nepřeorané, se bělalo těžkými klasy.

Tady potoky mléka, tam potoky nektaru tekly,  
z věčné zelených dubů med žlutavý po kapkách kanul.

Jakmile v podsvětí tmavé byl Saturnus od syna svržen,  
nad světem Iuppiter vládl, a stříbrné potomstvo vzešlo,  
horší sice než zlaté, však cennější plavého kovu.

Dřívější trvalé jaro hned Iuppiter zmenšil a zkrátil,  
na čtyři období rok pak rozdělil: na krátké jaro,  
na parné léto a nestálý podzim a mrazivou zimu.

Tum primum siccis aër fervoribus ustus  
canduit et ventis glacies adstricta pependit.  
Tum primum subiere domos: domus antra fuerunt  
et densi frutices et vincetae cortice virgae.  
Semina tum primum longis Cerealia sulcis  
obruta sunt pressique iugo gemuere iuvenci.

Tertia post illam successit aënea proles,  
saevior ingenis et ad horrida promptior arma,  
non scelerata tamen. De duro est ultima ferro.

Protinus irrupit venae peioris in aevum  
omne nefas: fugere pudor verumque fidesque;  
in quorum subiere locum fraudesque dolique  
insidiaeque et vis et amor sceleratus habendi.  
Vela dabat ventis (nec adhuc bene noverat illos)  
navita; quaeque diu steterant in montibus altis,  
fluctibus ignotis exsultavere carinae.  
Communemque prius ceu lumina solis et auras

cautus humum longo signavit limite mensor.  
Nec tantum segetes alimentaque debita dives  
posebatur humus, sed itum est in viscera terrae,  
quasque recondiderat Stygiisque admoverat umbris,  
effodiuntur opes, irritamenta malorum.  
Iamque nocens ferrum ferroque nocentius aurum  
proderat: prodit bellum, quod pugnat utroque,  
sanguineaque manu crepitančia concutit arma.  
Vivitur ex rapto: non hospes ab hospite tutus,  
non socer a genero; fratrum quoque gratia rara est.  
Imminet exitio vir coniugis, illa mariti;  
lurida terribiles miscent aconita novercae;  
filius ante diem patrios inquirit in annos.  
Victa iacet pietas et virgo caede madentes,  
ultima caelestum, terras Astraera reliquit.

Tehdy poprvé vzduch se rozžhavl, vyprahlým žárem  
sálal a ve výši uvízl led, jenž utuhnul větrem.

Tehdy poprvé v obydlí vešli: jim obydlím byla  
jaskyně, křoviny husté a proutí svázané lýkem.

Tehdy do dlouhých brázd si poprvé zaseli zrna  
obilná; mladický býk pak zabučel pod tíhou jářma.

Třetí po tomto věku věk nastoupil, bronzové plémě,  
krutější povahou svou a náchylný ke strašným zbraním,  
zločinný nebyl však; posléz věk z tvrdého železa nastal.

Do věku z horšího kovu hned pronikl všeliký zločin,  
zmizel veškeren stud a pravda a poctivost všecka,  
na jejich místo šla lest a přetvářka, úklad a podvod,  
přišlo násilí hrubé a po jmění zločinná touha.

Plavec svěřoval větřům, ač doposud dobře je neznal,  
plachty — a lodní kýly, jež na horách vysokých dlouho  
strměly, v neznámých proudech se stávaly tančící hříčkou.  
Půdu, všem společnou dřive, jak vzduch byl a sluneční

měřič přeopatrný už vymezil hranicí dlouhou.  
světlo,

Ne však obilí jen a povinné pokrmy člověk  
od země bohaté žádal — i do nitra země se vniklo:  
bohatství kovů, jež k špatnostem svádí, teď dolují lidé,  
kovů, jež ukryla země až do hloubky k podsvětím Stínům.  
Již je tu železo zhoubné a železa zhoubnější zlato,  
kruté vzházejí války, jež bojují obojím kovem.  
Ruce plničké krve již mávají říčníci zbraní.

Žije se z loupeže jen; tchán před zetěm, před hostitelem  
není bezpečný host; i bratrská láska je vzácná;  
manželce hrozí muž a ona zas manželé zhoubou,  
ukrutné macechy mísí své smrtelné jedy a syn se  
předčasně pídí, co roků má otec mu naživu zůstat.  
Po zbožnosti se šlape a panenská bohyně Diké  
poslední z nebešťanů zem opouští, prosáklou krví.